



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XXCII. Ad D. Georgium Mehlium à Stroelitz, Dominum Greifstenium, Caes.  
Cons. & Procancellarium Boëmiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

genus, & virtus, cum re, te magne RICHAR-  
Commendat, atque dignitas. (DE

pietas magis, & magnum doctrina per orbem  
Hinc inde jam notissima.

Latium loquitur: te Gallia prædicat: altrix  
Te laudat & Germania.

Te gens omnis amat: tibi verum præstat honorem,  
Quem debet, omnis natio.

Præcipue te Roma colit: si stemmata quando  
Legit suorum civium.

Quid memorem? quàm sis cui prudentia nostri,  
Togæque Romanæ decus:

Præsidium lumen: Latine facundia lingue:

Ac dulce præsidium fori.

Mitte tot, & tantis Baro dotibus inclyte: cælo  
Te Musa jam dudum beat:

Quæ cui tua ritè litavit, chartaque: nomen  
Aeternitas sacrat tuum.

XXCII.

Ad D. Georgium Mehlium

Streelitz, Dominum Greifstenium, Cæs.  
Conf. & Procancellarium Boëmæ.

Quæ quum virtus maior foret, arsque rogata:

Magnus honor vatum semper in orbe fuit.

Quæ quum virtus facta est minor, arsque toga-

lam minor est vati, vel quoque nullus honos. (ta:

C 3 Quod

*Quod si maior honos vatum foret: illic maior  
Bellica tunc virtus, arsque togata foret.  
Sic quoniam Musas, & vates semper honoras,  
MEHLI, iam virtus hinc tua magna patet.  
Nec facis hoc frustra: Musæ, vatesque patrum  
Munera retribuant non peritura suis.*

LXXXIII.

Baldafari Zugero

Franco.

*Quattuor hæ pestes, pacis sunt, BALDASARI*  
(bojæ)

*Liur, auarities, fastus, & ira ferox.*

LXXXIV.

Ad VVolfgangum Pelcchio

uerum à Hohenbuchpach EQ.  
& Magist. Cur. Palat.

*Sint licet immites, mites facit illicò cervos  
Musica: quando teres fistula dulcè canit.  
Immemor ille sui, iaculis se spontè, plagisq;  
Implicat: & domini præda fit inde sui.  
Pellicit humanas sic assentatio mentes:  
Et secum imprudens in scelus omne trahit.  
Nam si quid veri est, id adulterat omne: summiq;  
Eruit hæc oculos bellua mentis atrox.*

XXXV.